# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


## Psalterium - Cod. Lichtenthal 25

**Oberrhein, [2. Hälfte des 13. Jh.]**

Nachtrag (2. Hälfte des 16. Jh.): Antiphonen für die Oktavtage verschiedener Feste

urn:nbn:de:bsz:31-34987

Visual Library

infra octav s. stephani



in primo nocturno

i. Ant. Iste cognovit iustitiam et vidit mirabilia magna et adoravit altissimum et inventus est in numero sanctorum. iv.

ii Ant. Iustus ut palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur. vii.

iii Ant. Amavit eum dominus et ornavit eum: stolam gloriae induit eum et ad portas paradisi coronavit eum.

lectio at..

R. Iustus * ut palma florebit: iustus.

V. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

infra octavam dedicationis.

i Ant. Sanctificavit dominus tabernaculum suum

2 Ant. Erit michi dominus in deum et lapis iste vocabitur domus dei.

Ant. Edificavit moyses altare domino deo

V. Fundata est domus domini

R. Super verticem montium

lectio trium

R. locus iste sanctus est. * in quo orat sacerdos.

V. pro delictis et peccatis populi.

in festo omnium Sanctorum : invitatorium

Invitatorium : Regem Sanctorum omnium *
Venite adoremus : regem &c.

in primo nocturno .

Ant. Laudem dicite deo nostro omnes sancti eius et qui timetis eum pusilli et magni quoniam regnabit dominus deus noster omnipotens : gaudeamus et exultemus et demus gloriam ei.

2. Ant. O quam gloriosum est regnum in quo cum christo regnant omnes sancti : amicti stolis albis sequuntur agnum quocunque ierit

3. Ant. Sanctum est verum lumen et admirabile ministrans lucem his qui permanserunt in agone certaminis recipiunt ab ipso splendorem sempiternum in quo assidue felices letantur.

℣ Exultent.

infra octav. natiuitatis beate marie –
in primo nocturno .

Ant. Fons hortorum puteus aquarum viventium que fluunt impetu de libano

Ant. Veniat dilectus meus in hortum suum et commedat fructum pomorum suorum.

Ant. Veni in hortum meum soror mea sponsa messui myrham meam cum aromatibus meis.. ℣ specie tua. ℟ intende